



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118332**

§. 82. Roma a Tibere inundata

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

§. LXXXI.

Sæcul. XV.  
A.C. 1476.*Edictum Ludovici XI. de festivitate  
S. Caroli Magni.*

Hoc anno Ludovicus XI. edito diplomate diem natalem S. Caroli Magni, quem ineunte sæculo undecimo Universitas sibi in Protectorem elegerat, festum in Regno suo haberi præcepit.

§. LXXXII.

*Roma a Tibere inundata.*

Annus Christi millesimus quadringentesimus septuagesimus sextus lugubre dedit initium Romanæ urbi ob gravissimam Tiberis inundationem, quæ inchoante Mense Januario ex nivibus calore solutis adeo excreverat, ut tempora Noe scribit Cardinalis Papiensis, timerentur, delerique iterum, quæ sunt super terram, crederentur. Unde ingentia damna urbi, agrisque illata fuere. Subsecuta est hanc calamitatem altera longe magis funesta; maxima enim pestilentia vi urbs tota assiduis adeo exhausta erat funeribus, ut Papa Roma excedere compulsus esset. Eodem quoque morbo absumptus est summo litteratorum luctu Joannes de Regio monte (\*) Nazione Germanus, qui a Sixto

*Papiens.**epist. 642.**Palmer. in**Chronic.**Trithem.**Vir. illustr.*

(\*) Cognomen ejus erat Müller, sive Molitor, *vid.*

Secul. XV. a Sixto IV. summo Pontifice ad emendandum Paschalem Dionysii exigui cyclum Romam vocabatur. Vir erat in astronomia, ceterisque Matheos disciplinis longe versatissimus. Fuit quoque Georgii Burbachii natione Bavari quondam discipulus, & græca ac latina eloquentia, necnon Scriptorum notitia eruditissimus; quapropter, ut de eo testantur Auctores, a Matthia Hungaricæ Rege, civibusque Norimbergensibus perpetuo donatus est stipendio. Hic plurima posteritati reliquit ingenii sui monumenta.

## §. LXXXIII.

*Bulla Pontificis de Festo Conceptionis B. V. M.*

*Collect. Concil. 6. Labbe tom. 13. p. 1442.*

Ut benignum numen memoratas pestilentiae, ac inundationis calamitates averteret, simulque cultus Beatissimæ Virginis in fidelium cordibus magis auferetur, Sixtus IV. summus Pontifex die prima Mensis Martii hoc Anno Romæ Constitutionem edidit, qua omnibus, qui Conceptionem Beatissimæ Virginis, quam in suo decreto immaculatam appellat, devote celebrarent, atque officium ejus ab ipso Sixto approbatum, &

*vid. Petrum Gassendum, & Jo. Mollerum Rectorem Fiensb. qui illius vitam scripserunt.*